



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Thronus Dei Maria Deipara**

**Spinelli, Pietro Antonio**

**Coloniæ Agrippinæ, 1696**

Deipara super omnes Sanctos Chorum facit separatum, n. 4

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](#)

gloriorum in Canticis: Quia est ista, quia ascendit per desertum sicut virgo fumi ex aromatibus myrrae. & iburn, & uniuersi pulueris pigmentarii: dicit profectam non de virginitate sola, que fuit singularis in Maria, sed de immensitate gratiae, quia uniuersitatem virtutum in ea respergebant ex incendiis diuini amoris suavitatis odoris. Et bene, inquit, in modum virgula fumi ex aromatibus, quia facta est tota in honorib[us] sustinuit Dei, odoramenta de se spargens usque ad celos, non qualiacunque, sed uniuersi pulueris pigmentarii. haec ex Ildefonso. Quae eadem fere ad verbum habentur in Sophronio inter opera Hieronymi sermo de Assumptione Chrysostomus in sermoni, qui legitur infra octauum Nativitatis Virginis de ea agens: Quidnam, inquit, illa sanctius: non Propheta; non Apostoli; non Martyres; non Patriarchae; non Angeli; non Throni; non Dominiones; non Seraphim: non Cherubim: non denique aliud quidam inter creatas res visibilis, aut inuisibilis manus, aut excellenter innuenti potest: endem Ancilla Dei est. & Mater eadem Virgo. & Mater cuius me cognoscere quanum Virgo hac praestantior sit cœlestibus potentij: illa cum timore. & tremore assitunt faciem velantes suam: haec humanum genus illi

Sopbron.  
Chrysost.

Basilius offert, quam genuit, sic Chrysostomus. Basilius Seleucia Episcopus oratione in Deiparae Annunciationem de ea agens: Qua dona, inquit, offeremus ipsa non indigna quippe qua tanta sit, ut uniuersa, qua mundi ambitu contineantur cum illius dignitate comparari non valeant: Si enim Apostolus Paulus de aliis Sandia vere asserit, quibus dignus non erat mundus: quid de De parente Virgine cogitare nos par est, que uniuersos martyres suo splenore tantum excedit, quantum sol religiosa astra. Damascenus oratione 2. de dorm. Virg. agens de ea: Videor mihi videre hanc sancti sanctorem, & sacris factassorem, & piis magis piam: dulcem manna urnam, aut (ut verius dicam) fontem super aliquam lectum re-cumbentem in avina, & inelysa. Civitatem Davidi, & iterum: Omnes, inquit, res creatas superat, omnibus dominatur operibus super celos cælorum: extollitur incomparabiliter. Ante Iulius de excell. Virg. capit. 4. Tota, inquit, christiani-tas nouit, qua illam super omnes cælos exaltatam, & angelicis choris pralatam certissime cre-dit. & capit. 8. Deus, inquit, eam cuncta fecerunt creaturæ perennius et dominaturam in throno gloria sua collocauit. Bernardus fermone signum magnum: Hanc, inquit, super omnes Angelorum

Dawn

Anselm.

Bernard.

Bernard. creature perennius dominaturam in throno gloria sua collocauit. Bernardus sermone signum magnum: Hanc, inquit, super omnes Angelorum

choros super Cherubim quoque, ac Seraphim exaltatam nefas est dubicare. & sermone 1. super missus est: Nonne tu, imo veritatem iudicio, illa qua Deum habuit filium super emnes etiam choros exaltabunt Angelorum? Guaricis sermone de Assumpt. ex persona Christi ad Virgines. Nullus, inquit, mihi plus ministraui in humilitate mea, nulli abundantius administrare volo in gloria mea. nec sati glorificatus videor, donec tu glorificaris. Rupertus libro 3. in Cantic. 4. Veni, inquit, corona beris: ita corona beris, ut in Ropert. Cælo Regina Sandlerum, & in ictu Regina sis regnum, S. Bernardinus tom. 3. sermone 11. S. Bernard artic. 2. cap. 3. de Assumptio. Virginis agens: Tota, inquit, Trinitas uniformi, & concorde voluntate hanc inseparabilem Virginem ostendit esse suam sponsam incommunicabilis charitatis. Cœli Reg inanis inattinabilis dignitatis: mundi Dominam imparsipabilis potestatis: electorum omnium genitricem piam inexsecabilis piatatis: omnium Dei hostium conculcatricem triumploribus nam insuperabilis strenuitatis: omnium cœlestium thesaurorum difensatricem largissimam pro sua complacentia voluntatis. hæc S. Bernardinus.

DEIPARA SVPER OMNES SANCTOS  
*chorum facit supremum.*

4. **V**od verò spectat ad secundum, Deipa- Deipara  
lam icelis t super omnes euectam, per super om-  
se chorūm facere ab aliis distinctum, manie- nes Sanctū  
stē ex Patribus habetur; quamuis enim Sancti chorūm ja-  
pro meritorum varietate ad diuersos Angelos cu separa-  
rum choros affluntur; Beatissima tamen imm.  
Virgo quoniā dignitatem obinet altioris  
ordinis, & statutū seruotum excedit; ideo supra omnes incomparabiliter est collocata, &  
per se chorūm facit seorsum & ab aliis Sanctis, & Angelis distinctum, & docent Theologi-  
& Angelorum, ac Sanctorum Domina, ac  
Regina verè prædicatur: ideo 1. Corint. 15. 1. Cor. 15.  
Apostolus agens de diuersitate gloriæ eorum,  
qui sunt in celo: *Alias, inquit, claritas solis, quod Christo, alia claritas luna, quod Deipara, &c; alia claritas stellarum, quod reliquis Sanctis accom-  
modare possumus,* & ut omittam claritatem Christi solis iustitiae, de luna claritate Eccles. Ecl 44.  
43. si habetur: *Vas, inquit, castrorum in excel-  
lis in firmamento cœli resplendens glorioè:* qua autem proportione luna stellarum lumen su-  
gerat, nec aliqua ex illis ei comparari potest,  
ea vix-

Cant. 6. ea Virgo incomparabiliter aliorum Sanctorum gloriam excedit: quin etiam Virgo sanctissima non tantum lunæ, sed etiam soli assimilatur: etenim Can. t. 6. dicitur *elella ut sol,* qui sicut similem non habet, ita nec similem habuit Deipara, neque est habitura, ideo separatum chorum facit.

Damasc. Damascenus orat. 1. de dorm. Virg. Dei matris, inquit, & servorum Dei infinitum est discrimen: sic Damascenus: tanto melior Angelis effecta, quanto differentius præ illis nomen hæreditavit; sicut enim Pater æternus nulli Angelorum, sed soli Christo dicit, *Filius meus es tu, ego hodie genui te;* ita sola Virgo inter creaturas haec verisimile eidem Christo dicit, *Filius meus es tu, ego genui te.*

S. Bernard Ideo S. Bernardinus tom. 3. ser. 3. de glor. nom. Mariæ art. 2. c. 1. Certeinaliter, inquit, tenendum est, quod ipsa sit supra omnem puram creaturam in gloria exaltata, tamquam per se implens, & coniunctus unum integrum, ac totalem statum: cui secundum rectam rationem altera persona congrue non potest addi, quia nullatenus deceps filium Dei, nisi unam solam naturalem matrem habere, sed ratio naturalis ex gratia lege dictat, quod mater Regis omnium est in sede regia super omnes ministeriorum ordinis collocanda. ita S. Bernardinus: idem habet sermo. 11.

Fulbertus art. 2. cap. 2. Fulbertus Carnotensis Episcopus ad Virginem; *Tu in cœlestibus,* inquit, *Regni prælata es cunctæ virginum choræ,* *Tu in illa beatiorum felicissimæ regia primi ordinis dignitatem adeptæ.* & post pauca, *Te ipse Rex Regum,* ut matrem veram, & decoram sponsam præmnibus diligens amoris amplexu sibi associat. S.

S. Antonius 4. part tit. 1. cap. 20. §. 15. dicit Virginem esse exaltatam super omnem puram creaturam in quarta hierarchia, & ex Alberto assert aliquas rationes ad hoc probandum, Plus enim, inquit, dicit Virgo à Seraphim in dignitate, & gloria quam Seraphim à Cherubim, sed Seraphim per excellentiam dignitatis ordinem habet superiorum ad Cherubim, ergo Virgo erit super hierarchiam Angelorum. Item plus improprioportabiliter differt Dominus à seruo, quam seruos à seruo, sed omnes Angeli sunt administratori spiritus, id est serui, & tamen inter eos diversi ordines sunt, sed B. Virgo est Dominus Angelorum, ergo & improprioportabiliter est supra Seraphim, & supra omnem hierarchiam Angelorum exaltata haec S. Antonius ex Alberto Magno. Gerson tract. 4. super Magnificat, Vir-

go, inquit, *sola constituit hierarchiam secundam sub Deo Trino.* & vno, Hierarcha primo, & summo, apud quem Hierarcham humanus filii sola sublimata sedet a dextris virintis Dei per unitatem suppositi. Idem docet Gabriel Biel serm. 25. qui est de Assumptione.

Hæc porro Deipara super omnes tum Sanctorum ordines, tum etiam Angelorum choros exaltatio, qua chorum ab iis facit separatum, colligi potest ex modo diverso ab aliis, quo Deipara ex hoc deserto subiecta esse scribitur ad suum in cælo thronum, etenim Cant. 8. ascendens dicitur *innixa super Cant. 8.* dilectum suum, Elias namque 4. Reg. 2. curru & Reg. 2. igneo, & equis igneis sublatus est, quoniam eo raptu elementarem regionem transgreſurus minimè erat, sed, ut verbis utar Gregorius homil. 29. in Euangelio, *In cœlum aereum subleuantus est, ut in secretam quandam terræ regionem repente duceretur, ubi in magna iam carnis, & spiritus quiete uiueret, quoniamque ad finem mundi redat, & mortis debitum solu u. Lazarus* verò quondam mendicus Luc. 16. quoniam Lnc. 16. in beatitudine post Christi passionem inter Angelos locum habiturus erat, ab ipsi sumet Angelis, veluti curru altioris ordinis, quam erat Eliæ currus, portatur in sinum Abrahæ qui erat tunc Limbus Patrum; in Zech. 9. quo animæ sanctorum detinabantur, donec Christus in sanguine testamenti sui emitteret eas de lacu, in quo non erat aqua. At vero Virgo beatissima, ut verbis utar Leonis sermo. 11. de Ascensione, quamvis alio spectantis, quia super omnium creaturarum cœlestium dignitatem euhenda, supergenitus angelicos ordines, & ultra Archangelorum a titudines eleuanda; nec ullis sublimitibus modum suæ prooectionis habitura, nisi ad aetherum thalamum, ut canit Ecclæsia, in quo Rex regum stellato sedet solio, assumpta, ad dexteram filii collocaretur; idcirco sublimiori virtute, quæ Angelos excedit, subvehitur. Et deliciis affluens ascendit innixa super dilectum suum.

5. Hæc eadem Deipara super omnes Angelos, & Sanctorum exaltationem non obscurè præsignificata videtur in eiusdem Praesentatio Sanctorum, cum primum à parentibus in templum gloriam adducta, Deoque solemniter ex voto oblatæ, atque consecrata est, tunc enim quinde secundum templi gradus, ad quos quindecim illi Psalmi Cantici graduum spectabant, non

L

fine

Hieronym.

sine mysterio ascendit, de quo Hieronymus in lib. de ortu, seu Nativit. B. Mariæ, sic scribit: Cum tricū annorum circulus volueretur, & ablactationis tempus complectum esset, ad templum Domini Virginem eius parentes cum oblationibus adduxerunt: erant circa templum iuxta quindecim gradus Psalmos, quindecim ascensionis gradus: in horum atque uno B. Virginem Mariam parvulam parentes constituerunt, cumq; ipsi uestimenta, qua in itinere habuerant, exuerent, & cultoribus, ex more, uestibus se, & Muadioribus induerent, Virgo Dominicunt singillatim gradus sine ducentis, & levantia manu sua ascendit, ut perfecte atque in hac duntata causa nihil deesse putaretur. Nam quippe Dominus in Virginis sua infans magnum quid operabatur, & quanta futura esset huius miraculi indicio pramors frabat. Hæc Hieronymus. Quindecim enim illi gradus templi ex S. Antonino 4. part. tit. 15. cap. 6. § 2. quindecim beatorum status in templo caelesti glorie infra Deum significabant, Nouem videbant Angelorum ordines, & lex Sanctorum gradus, Patriarcharum scilicet, Prohetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, atque Virginum; quorum omnium perfectionem eam transgressuram hoc quindecim graduum ascensiū demonstratum est, quemadmodum animadvertisit S. Antoninus loc. cit. & S. Vincentius ser. 1. & 2. de Nativit. B. Mariæ, & alii, & in huius rei confirmationem S. Vincentius. & S. Antoninus citant illud Prover. 31.

Prover. 31

Multa filia congregauerunt diuisas (virtutum scilicet dignitates) sed tu, o Virgo beata, supergressa es uniuersas. Quod si de eius super sex Sanctorum ordines sublimatione loquamur, rectè de hoc illud Eccl. 34. ex persona Deiparæ (quod eidem ab Ecclesia in Misra, & officio accommodatur) intelligi potest. Et in plenitudine, inquit, Sanctorum detentio mea: Quasi cedrus exaltata sum in Libano, & quasi Cypress in monte Sion; Quasi Palma exaltata sum in Cades, & quasi Plantatio rosa in Iericho. Quasi Oliva speciosa in campis, & quasi platanus exaltata sum iuxta aquas in platea, quibus verbis indicat Virgo sanctissima, quicquid præclaris in aliis Sanctis est sparsum, in se plenissime, cumulatissimeque inueniri collectum; de quo egregie Bernardus in illa

Bernard.

verba: Et in plenitudine Sanctorum detentio mea. Merito, inquit, in plenitudine sanctorum detentio sim, sibi nec fides defuit Patriarcharum,

nec spiritus Prophetarum, nec zelus Apostolorum, nec constans Martyrum, nec sobrietas Confessorum, nec castitas Virginum, nec fecunditas Conjugatorum, nec puritas Angelorum. Hæc ille, id est statim ducta similitudine ex illis sex arboribus, que ibi subiectantur, & in suis quæque locis propter earum, sive proeritatem, sive utilitatem, sive suavitatem, sive pulchritudinem peculiaiter celebrantur, quomodo ipsa in caelesti Ierusalem exaltata, sex Sanctorum ordines sit supergesse demonstrat, verum quomodo his arboribus Deiparæ praestantia exprimatur super expousimus, qua verò ratione iisdem sex arborum generibus, eiusdem exaltatio supra sex ordines Sanctorum indicetur; singillatim quamvis diverso modo pie accommodant S. Antoninus 3. par. tit. 31. cap. 3. & Iacobus de Voragine tert. 6. de Assumpt.

S. Antonius  
nus.  
Iacobus de  
Voragine.

6. Quod autem spectat ad eiusdem Deiparæ super Angelos exaltationem, nemini mirum esse debet si Virgo sanctissima omnium Angelorum ordines multis gradibus transcedenter. Cæteri namque sancti pro meritorum varietate, vii diximus, ad diuersos Angelorum choros effertuntur: At vero sanctissima Virgo cum omnes Angelorum ordinum proprietates, & officia maiori cum charitatis excellentia ipsa una obtinet, omnibus Angelorum deliciis, & prærogatiis uberrime affluens (quod S. Antoninus loco citato cap. 22. pluribus ex Alberti doctrina egregie persequitur) & priuatera actum aliquem præstantissimum, suoque modo Deo quam simillimum; & ut Alberti verbis vtar, Deiformem habuerit. propterea non tantum ad Angelorum ordines ascendit, verum etiam super omnes illorum choros incomparabiliter est evecta, sic, ut chorum ipsa per se distinctum efficiat. Atque ut id, quod probandum suscepimus planius fiat, dicam brevi de singulorum ordinum officiis, atque excellētia, ut cum analogia quadam nobiliore modo ea in Virgine reperiunt ostenderimus, tandem ad actum illum, quo Angelos longè excedit, deuentiamus.

Virgo sa-  
cra  
ctissima  
mum n  
dinu A  
gelorum  
proprie  
tes excl  
lentia in  
se habet.S. Antoniu  
nus.  
Albert.

Magnus.

Et primò quidem Angelorum munus Angeli est homines custodiare, sic tamen, ut singuli Angeli singulos homines custodiant, ac tueantur: At ut, o sanctissima Virgo cum omnium communis sit Dominus, & mater, ad quatuor suorum seruorum, & filiorum cura pertinet.

pertinet, custodit, ut recte ait S. Antoninus, vniuersaliter singulos, & singulariter vniuersos.

Archang.

Secundò Archangeli ciuitatibus præsunt: At virgo sanctissima omnes vbiique ciuitates, omnique Ecclesiæ tutatur, atque defendit; vt non immunito ipsa de se dicat Cant. 1. Po-

Cant. 1.

fuerunt me custode in vinstide est ecclesiæ, nulla que vrbs est, quæ tot magnificentissimis templis in tantæ patronæ honorem excitatæ fœl iubéjusdem Virginis patrocinio, fideque esse non profiteatur, ac prædictet.

Principa-

tus.

Testio, Principatus Prouincij, & Regnis præficiuntur, sed Virgo regna omnia, & ipsam vniuersalem Ecclesiæ suo præsidio complectitur, & tutatur. Quare luna, quæ ex Gregorio hom. 29. in Evangelia, & Bernardo terra signum magnum, propter lumen à Christo sole iustitiae acceptum Ecclesiæ significat, & S. Ioanne Apoc. 12. sub Virginis pedibus, id est patrocinio, conspicitur, ideoque periclitanti mundo sapè visa est suis precibus succurrere, vt capit. 16. vberius dicemus, cum de eius misericordia differemus, & capit. 30. cum eam Aduocatam omnium ostendemus.

Potestates

Quartò, Potestates ex secunda hierarchia dæmones coercent, quod singulariter B. Virgo præstat, ideo Ecclesia sic eam precatur, Tu nos ab hoste protege, ipsa enim tattarei serpenti caput contriuit Gen. 3. quod cap. 22. & seqq. ostendemus. Hac enim vrga, (quæ Virginem significat) percussus, vt dicitur Isa. 30. pauper Aſſur, id est dæmon, eamque ita reveratur, ac timent dæmones, ex revelatione eiusdem Virginis apud S. Brigitam lib. 1. revelationum cap. 9. vt eius auditio nomine statim animam, quæ eorum vnguibus astricta tenebatur, relinquit, verum nisi aliqua sequatur emendatio, quasi sagitta velocissima reuertuntur ad eam, & lib. 6. earundem revelationum S. Brigitæ cap. 21. Christus Dominus præclara dixit scribitur de Virginis virtute supra dæmones.

Virtutes.

Quintò, Virtutes quæ sunt quintus Angelorum ordo, miracula supra naturam operantur, At B. Virgo miraculorum abyssus, & officia dictum, præteritum à Damasceno orat. 1. de Nativitate, quod cap. 20. multis exemplis ostendemus, & cap. 30. magis perspicuum fieri, omnibus enim in locis, in omnibus temporibus, ac per omnia, & in quibuslibet moribus.

opitulatur, tanquam vniuersalis omnium patrona, eiusque templo, vbiique miraculorum gloria illustrantur, & in dies noua eriguntur, vt de ea dici possit illud Job. 29. Gloria mea Job. 29. semper innouabitur, & arcus meus in manu mea inſtaurabitur.

Sextò, dominationes præcipiunt de agen- Domina- dis, sed B. Virgo mater Dei verè est Do- mina mundi, & Angelorum Regina, ut ca- pite præcedenti plenus demonstrauimus, imò ipsum nomen, Maria, syriacè Dominam sonat.

Septimò, Throni, qui & sedes Dei dicantur, sunt ex prima hierarchia, in quibus Deus familiariter inhabitat, At Virginem sanctissimam præ omnibus Angelis Dei thronum dici, in qua peculiari ratione Deus inhabi- tavit, toto hoc opere probamus. Quæ tamen de hoc sancti Patres dicant, & quibus figuris ipsa in Dei throno adumbretur, vide quæ peculiariiter dicta sunt cap. 2.

Octauò, Cherubim, plenitudinem scientiarum sonant, At in Virginis vtero Christus, in quo sunt omnes thesauri sapientia, & scientia Dei Coloss. 2. requieuit, & Deum, quem ne ipfi quidem Seraphim propter emicantem inde

splendorem liberè intueri audent, sed alia faciem obducunt, vt ex Iaia adnotauit Chrysostomus homil. 60. ad populum Antiochenum, ipsa Virgo familiariter in se exceptit, & cum eo agit, & quis dubitat Deiparæ oculum ad diuina peripictiæ longè clariorum esse ipsi Cherubim, & Seraphim? Quare Bernardus sermo, signum magnum, propterea sole vesti- tare dici vult, Quoniam, inquit, diuina sapien- tia, ultra quam credi potest, penetravit abyssum, ut quantum sine personali unione creatura con- ditio passitur, luci illi in accessibili videatur im- mera. Rupert. in illud Cant. 1. Introduxit me Rex in cellaria sua, ex persona Virginis, Et qua sunt, inquit, illa cellaria Regia Dei? Nimurum sa- cra mysteria quacumque continentur in scriptis sanctorum. Nihil enim à me abscondit, sed omni dulcedine sua me inebriansit. Qui enim verbum suum quod erat, & est in corde suo mihi totum infudit, quomodo non etiam cum illo mihi omnia donauit? Hæc Rupertus.

Nono, Seraphim ardentes, & charitate (quæ vinculum est perfectionis) incensi, ac Seraphim incendentes merito dicuntur, sed Virgo san- cissima maiori charitate æstuabat, vt iure ei aptetur illud Cant. 5. Dicite dilectio meo, quia Cant. 5.

L. 2

amore

**Cap. 9.** amore langueo. At de eximia Virginis erga Christum dilectione copiosè agemus cap. 9. **Udefonsus** His solum afferam Ildefonsum sermo. i. de Assumpt. Beatam Mariam, inquit, *velut ignis ferrum Spiritus sanctus totam decoxit, incandens & igniuit; ita ut in ea Spiritus sancti flamma videtur: nec sentiatur nisi tantum ignis amoris Dei hæc Ildefonsus.*

**B. Virgo** 7. Verum his orationibus prætermisssis, quæ ahabuit aliquæ ratione communia Virginis sanctissimæ Dei. mæ cum aliis, aliqua saltem ex parte esse posse formem, in quibus tamen omnes excedit; illud quæ Deū est, in quo omnes Angelos, atque Sanctos genuit. singulariter longo interculo superauit, quodque illam Deo proximam constituit, quia actum habuit suo modo Deo quam simillimum. Verbum enim Patris nusquam Angelos, sed semen Abrahæ, idque in utero eiusdem Virginis Deiparæ apprehendit: ideo B. Virgo (vt ait Albertus apud S. Antonium 4 par. titu. 15. cap. 44. § 8.) habuit aetum Deiformissimum: in summo enim aetatu, quo scilicet Deus Pater Deum filium genuit, Deum suo modo ipsa est imitata: nam & ipsa Deum, & hominem generavit. Hanc autem maternitatem Dei dignitatem non minus pie, quam eleganter S. Bernardinus tom. 1. conc. 6. art. 1. c. 2. explicat cuius verba superiori capite attulimus.

Hinc est, quod Virgo Beatissima tanquam vera Deigenitrix dignitatem quandam, vt capite superiori probauimus, obtinet infinitam; & super omnes Angelos, & Sanctos proxime ad Christum accedens chorum ab illis omnibus facit separatum. De quo pulchre **Bonavent.** Bonaventura in speculo cap. 2. Maria, inquit, Deus preparauerat magnam gloriam in celo, ut sicut fuit grandis in merito, ita etiam grandis esset in premio: unde ipsa est Thronus ille grandis, 3. Reg. 10. de quo dicitur: *Facit Rex Salomon Thronum de Ebori grandem: Thronus vero Salomonis est Maria grandis omnino in gratia, & in gloria, & in fraude: Maria Deus preparauerat non solum magnitudinem, sed multitudinem honorum in Cælo, ita ut nullus Angelus, nulus Sanctorum ei aquarè posset in multitudine, & congregatione honorum celestium: iuxta illud: *Multa sunt congregaueruntur diuinas, in sola supergressu es univeras, & filii eius intelligamus animas sanctas, vel intelligentias angelicas, nunquid non supergressus est animas omnium, cum ipsa sit Primus Virginia, Speculum Confessorum, Rosa Martyrum, Regis**

strum Apostolorum, Oraculum Prophetarum, Filiæ Patriarcharum, Regina Angelorum. Quid enim de diuisis omnium horum desuit? Hieronymus enim ait, Mariam si diligentius aspicias, nihil virtutis est, nihil speciositas, nihil candor, & gloria, quod in ea non resplendet. hactenus Bonaventura.

Nec solum in animæ beatitudine, quam Deipara Theologi essentialē appellant, quæ in sui in glorificatione Dei, ut clarè vidi, & amari est posita, accidentia Depara, supra omnes Santos, ut diximus, in reliquo ad chorum separatum est euecta; verum etiam in gloriam in animæ, tum corporis accidentalis, quæ essentialē consequitur, ei que commensuratur, reliquis Sanctis longo interculo antecellit; ad gloriam enim animæ accidentalē pertinent variae revelationes, quæ Beatis extra Verbum (ut Theologici loquuntur) sunt, multarum item rerum imprecatio[n]es, & gaudia, & pleraque huiuscmodi, quibus præ cæteris Beatis Deipara plenè, cumulate que abundat. Idem quoque de corporis gloriæ dotibus omnibus, impassibilitate nimoris, subtilitate, agilitate, & claritate; quas, ut animaduertit Suarez, 2. in 3. par. di. p. 21. sect. 4. tanto excellentius Suarez, ipsa habet, quanta perfectioni animæ beatitudine perficitur. De quibus Bonaventura in speculo cap. 6. Si omnium, inquit, Beatorum corpora huius quatuor dotibus Deus glorificauit, quanis magis corpus Mariae, quod ipsum glorificatorem omnium genuit, quæ in hac vita ornata extitit ut virtutibus quæcumq[ue] dotibus, corporis similitudinem habent: fuit enim clarissima per sanctitatem, subtilissima per humilitatem, agilissima per pietatem, impassibilis per patientiam. Ita Bonaventura. Triplicem quoque Aureolam excellentius, quam alii est adepta. **Aureola** enim (vt verbis vtr. S. Thom. in 4 p. dilt. 49. p. c. 10. q. 5. art. 5. quæst. 1. & 3. est priuilegia: um reslæ ex quoddam premium respondens præ uilegiis utro cœli: uiria circa opera perfectionis, in quibus homo maxi me est: & Christo conformatur secundum perfectam uideptam gloriam. Porro Aureola tribus hominum stat. S. Thomas, Virginibus scilicet, Doctoribus & Martyribus tribuitur. Et sane in eadem Aureola species iuxta meritorum ex parte: p[ro]p[ri]us operis, ob qua Aureola confertur, varietatem excellenter uni, quam alteri confertur. D. Thoma Ex quibus recte colligimus Aureolarum Deiparæ supra reliquos Beatos, quibus ex competunt, præstantiam singularem, quod sigillatum suis locis in hoc